



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 vtrum furtum sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS VI.

Verum furtum sit peccatum mortale.

quo licet a lege discedere, saltem sic, quod non sit contra iustitiam, quamuis fieri videatur propter iustitiam discedendo a directo illius modo. Et propterea abique mortali peccato potest in huiusmodi casibus occulte quisque recuperare tam suum, quam sibi debitum adhibendo cautela superius dictam, ut scilicet ille qui occupabat, sciat se non teneri amplius ad restitutionem, ne tali ignorantia ex hoc facto confurgat grauer, si penitens fuerit in futuro, ad restitutionem, quod non tenetur restituere. Nec in his casibus accipies proprie dicit sibi ipsi, sed potius exequitur ius suum, cum non auctoritate aliqua vitatur, sed sola occulte acceptione.

Super Quaestione sexagesima sexta articulum sextum.

In artic. 6. eiusdem 66. q. in responsione ad tertium, esset tractandum, An pro furto iuste homo occidatur, nisi superius in tractatu de homicidio tractatum hoc esset.

Q. 24. art. 12. & 97. ar. 5. & 87. ar. 3.

In responsione vero ad tertium, verba in calce scito recte punctis distinguere, ne forte putes auctorem dicere, quod animus inferendi nocumentum talium minimorum constituat peccatum mortale. Hoc enim est alienum a mente eius, cum constet accipientem minima, intendere pro se illa minima habere, ac per hoc priuare dominum illis minimis. Hoc enim est inseparabile ab acceptione minimorum: sed doctrina sua est, quod si habet animus inferendi proximo nocumentum absolute, & simpliciter, & non nocumentum limitatum ad huiusmodi minima, tunc ratione talis animi peccat mortaliter accipiendo ex tali animo: sicut etiam sine acceptione habendo talem consensum in animo, peccaret mortaliter pec-

Ar. sequenti.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod furtum non sit peccatum mortale. Dicitur enim in Proverb. 6. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: sed omne peccatum mortale est grandis culpa. ergo furtum non est peccatum mortale. ¶ 2. Praet. Peccatum mortali mortis pena debetur: sed pro furto non infligitur in lege pena mortis, sed solus poena damni, sicut in illud Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, quinque boues pro vno boue restituet, quatuor oues pro vna oue. ergo furtum non est peccatum mortale.

¶ 3. Praet. Furtum potest committi in paruis rebus, sicut & in magnis: sed incognitum videtur, quod pro furto alicuius paruae rei, puta, vinius acus, vel vinius pennae, aliquis puniatur morte aeterna. ergo furtum non est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod nullus danatur secundum diuinum iudicium, nisi pro peccato mortali: condemnatur autem aliquis pro furto, secundum illud Zach. 5. Haec est maledictio, quae egreditur super faciem omnis terrae, quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. ergo furtum est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod furtum praeter habitum est peccatum mortale est quod contrariatur charitati, sicut quod est spiritualis aia vitae. Charitas autem consistit quidem principaliter in dilectione Dei, secundario vero in dilectione proximi, ad quam pertinet ut proximo bonum velimus, & operemur: per furtum autem homo infert nocumtum proximo in suis rebus, & si passim hoies sibi iniuicem fureretur, pariter humana societas. Unde furtum tam contrarium charitati, est peccatum mortale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod furtum dicitur non esse grandis culpa duplici ratione. Primo quidem propter necessitatem inducentem ad furandum, quae dimittit, vel totaliter tollit culpam, ut infra patebit: Unde subditur. Furatur enim ut esuriens impleat aiam. Alio modo dicitur furtum non esse grandis culpa per comparisonem ad reatum adultum, quod punitur morte. Unde subditur de fure, quod deprehensus reddet septuplum: qui autem adulter est, perdet animam suam.

AD SECVNDVM dicendum, quod poena praesentis vitae magis sunt medicinalis, quam retributivae. Retributio enim reservatur diuino iudicio, quod est secundum veritatem in peccatis. Et videtur secundum iudicium praesentis vitae non pro quo libet peccato mortali infligi poena mortis, sed solum pro illis, quae inferunt irreparabilem nocumtum, vel etiam pro illis, quae habent aliquam horribilem deformitatem. Et ideo pro furto, quod irreparabilem nocumtum non infert, non infligitur secundum praesentem iudicium poena mortis, nisi ut furtum aggravatur palam, quae graue circumstantia, sicut patet de sacrilegio, quod est furtum rei sacrae: & de peccato, quod est furtum rei communis, ut patet per Augustinum super Ioanem: & de plagio, quod est furtum hominis, quo quis morte punitur, ut patet Exod. 21.

G

H

I

K

AD TERTIVM dicendum, quod illud quod modicum est, ratio apprehendit, quasi nihil: & ideo in his, quae minima sunt, homo non reputat sibi nocumtum inferri. Et ille, qui accipit, potest presumere hoc non esse contra voluntatem eius, cuius est res. Et pro tanto si quis furtive huiusmodi res minimas accipiat, potest excusari a peccato mortali. Si tamen habet animum furandi, & inferendi nocumtum proximo, etiam in talibus minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in solo cogitatu per consensum.

ARTICVLVS VII.

Verum liceat alicui furari propter necessitatem.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vbi, quod non liceat alicui furari propter necessitatem. Non enim imponitur poena mortis nisi peccanti: sed contra, de furtis dicitur. Si quis pro necessitate famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vel vestes, vel pecunia, poeniteat hebdomadas tres. ergo non licet furari propter necessitatem.

¶ 2. Praet. Philosophus dicit in 2. Ethic. quod quaedam commensurata commoda sunt cum malitia, inter quae ponit furtum: sed illud quod est secundum se malum, non potest propter aliquem bonum finem, bonum fieri: ergo non potest aliquis licite furari, ut nece sitati suae subueniat.

¶ 3. Praet. Homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed non licet furari ad hoc, quod aliquis per eleemosynam proximo subueniat, ut Augustinus dicit in libro contra mendacium, ergo non licet furari ad subueniendum propriae necessitati.

SED CONTRA est, quod in necessitate sunt omnia communia: & ita non videtur esse peccatum, si aliquis rem alterius accipiat propter necessitatem sibi factam communem.